

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Academiae Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redecker/ IC. & Professor:
Publ. ... ad exequias, quas ... Domino Ulrico Elverß/ Senatori Rostochiensium ...
Vidua & Liberi eius moestissimi ... paratas cupiunt, Omnes Academiae Cives
amanter invitat : [Dabam Rost. sub Sig. Rect. 27. Oct. Anno 1675.]**

Rostochii: Kilius, [1675]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751426970>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.,

in

U. Elverss.

Rost. 1675.

27

51

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIEN SIS)
HEINRICUS RU-
DOLPHUS Redeker/
JC. Professor: Publ. & Fac.

suæ Decanus,
ad exequias,

quas
Viro Amplissimo
DOMINO



ULRICO
Elverß/

Senatori Rostochiensium

Prudentissimo,
VIDUA & LIBERI ejus mœstissimi,

Hodiè horâ primâ, in Aede Marianâ,
paratas cupiunt,

Omnes Academiz Cives
amanter invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILI, Universitatis Typ.

Salutem !



Uod ruinosis contingere
solet ædificiis, ut, si maximè
fulcris, arietibus atque colu-
mnis ad tempus sustineantur,
tandem tamen in casum der-
tur : idem de virtå hominum,
morbis ultra modum onustâ,
ex vero vulgi verbo, proba-
tur scil. Diuturnum morbum,
mortem certissimam. Firmavit hoc dicterium suo exem-
plo *Vir spectate apud nos prudentia Dominus ULRICUS*
EVERE / Senator, Negotiator & *Civis Rostochiensis*
industrius. Quod enim, propter varia adversæ vale-
tudinis incommoda, minitatus est sæpè, id Jovis die
proximè præterito, quo miti & beato obitu excessit,
explevit. Diutini quidem morbi hostiles insultus, ex-
trema subinde interminantes, Medicorum solers cu-
ra, & qui superstítit naturæ vigor, in aliquot quidem
annos, feliciter repulit, ut collapsas ceterum vires,
præter opinionem omnium, colligeret. Ast, quæ fuit
domestici hostis vis atque pertinacia, tandem ani-
mam, in tam causario corpore ægrè morantem,
morbi

morbi vehementia excusit, Nobisq; quidebitæ huma-
nitas sensu ducimur, mortem hanc Programmate fu-
nebri indicare, & publicis exequiis frequentare, ne-
cessitatem imposuit. Natus autem est pie defunctus no-
ster Senator **ELVER**S trigesimo die Junii An. 1610.
& quidem in hac Civitate Rostochiensi, quæ vetu-
stæ gentis Henetæ caput, & Musarum haud infima-
sedes est. Patrem habuit Virum probatæ vitæ & fi-
dei **ULRICUM ELVER**S/ Civem & Centumvirum
Rostochiensem, nec non Cassæ publicæ præfectum
solertissimum: Matrem vero Fœminam ornatissimam
ANNAM EDLERS. Avum Paternum referunt
& laudant vidua & liberi mœstissimi Virum Prænobil-
lem & maximè Strenuum Dominum **GOTHARDUM**
ELVERS/Serinissimi Principis ac Domini, Domi-
ni **ULDARICI** Ducis Mechlenb. & Episcopi Sveri-
nensis, gloriösæ recordationis, supremum stabuli Ma-
gistrum, & Capitaneum in Butzau: qui, nisi me-
omnia fallunt, ex Nobilissima **ELVERORUM** gente
inter Lubecenses & Lyneburgenses Patrios Clarissi-
mam, oriundus, haud leve decus suis addidit majori-
bus, cum tanti Principis tantus Minister non nisi de
meliori luto fuerit formatus: Aviam Maternam
GESCHE BRUNEA/ Matronam virtutum lau-
de Clarissimam. Avus Maternus ipsi fuit, Vir Præ-
stantissimus **JOACHIM EDLER**/ Civis Rosto-
chensis, & inter Sutores Tribunus; Avia Materna
fœmina Lectissima **ANNA MINDEMANS**. His
majoribus **DN. ULRICUS ELVER**S natus, & sa-
cro fonte renatus, ad piëtatem & curam rei familia-
ris, cum studia non usque adeo omnibus ex voto
eveniant, educatus est, animumque, rebus quæren-
dis

dis aptnm, dum adolevit, ad mercaturam appulit.
Nec defuit optatis successus. Siquidem in Ministerio Dn.
JOHANNIS GROTE Civis & negotiatoris Ro-
stochiensis primarii, integrum septennium tantâ cum
fide tantâque cum industriâ, cum in Panni commer-
cio ille excelleret Mercator, peregit, ut laudem à
Domino, mercedem autem ex fide & industriâ mere-
retur. Illo officio solutus, non terrestria duntaxat, sed
& maritima tentare voluit commercia, quæ ex æ-
quo feliciter cesserunt. Cum itaque fortunatos fe-
cisset in negotiatione progressus, anno 1633 honestam
vitæ sociam tanto cum desiderio quæsivit, quanto
cum damno rei familiaris illâ carere amplius non po-
tuit. Nec tamen voluit illotis, ut ajunt, manibus,
ad conjugii sacra transire, quin illorum potius adhibi-
bere consensum & consilium, quibus matrimonii
arbitrium leges faciunt, Fidem itaque conjugalem
virgini illo tempore svavissimæ, hodiè viduæ super-
stitione mœstissimæ, **ANNÆ GANSWANS** spospon-
dit, eamque publicâ benedictione adhibitâ, pro-
spero eventu consummavit. Conjuges enim hi con-
junctissimi, nunquam templum Deæ viriplacæ, ut aer-
bè dissidentes in gratiam æquis conditionibus redi-
tent, ingressi sunt, sed integer semper amor, & fides ma-
trimonialis immaculata, in quadragesimum secun-
dum annum, quæ inter mortales rara est felicitas,
firmata maximi delectamenti suit. Nec vero matri-
monium hoc, ultra longissimum tempus, Bono cum
DEO, continuatum, prosperum duntaxat fuit, sed &
decimâ tertîâ prole secundum atque beatum. Quæ lu-
culenta conjugalis amoris pignora, & quasi obadies
mutuæ fidei, pressiori vinculo amantissimos hosce-
conju-

conjuges constrinxerunt. Sex autem filios & septem
filias Matrona Vidua enixa est , ex quibus quatuor
filii , & duæ filiolæ , scil. ULRICUS, PASCHEN,
HEINRICUS, & JOACHIMUS , nec non ANNA &
ILSABE gemellæ , maturiori obitu mortalitatem ex-
entes , in tenerâ ætate animam Creatori suo reddide-
runt : Altera etiâ ANNA & CATHARINA Patris mor-
tem , turbato naturæ ordine , anteverterunt . Illa enim
Civi & Negotiatori Rost. dum vixit , optimo , CARS-
TEN VOTHIO nuptui data , Sex nepotibus Patrem
beavit , quorum quatuor , nempe ANNA , ULRICUS ,
DOROTHÆA SOPHIA , & CATHARINA ELISA-
BETH immatûre nimis utroque Parente , & jam Avo-
orbati , hucdum superstant . Hæc autem Viro Re-
ver. & Clarissimo Domino M. MATTHÆO WÆ-
SEN / Pastori Mariano & Seniori Neo- Branden-
burgico in matrimonium elocata , in primo puerperio
occupuit , matremque brevi post filiolus , quem infe-
lici partu genuit , secutus est . Reliqui quinquelibe-
ri hodienum , per DEI gratiam , superstites , in Patris
defuncti funere filiale contestantur dolorem .
Quos inter ILSABE , Civi & Negotiatori Gustrovien-
si Primario JOHANNI ECHLÆSEN connubio
juncta , quintâ prole Patris familiam auxit : DORO-
THEA autem Civi & Negotiatori Rostochiensium
Præstantissimo JACOBO DÄRJES in vitæ con-
fortium elocata , primâ sobole Patrem exhilaravit .
ULRICUS SS. Th. & Phil. Studiosus Eximus , quia pre-
pter inbecillitatè corporis exequias paternas ire pro-
hibetur , lacrimistamen Paternū funus comitatur . SO-
PHIA Virgo lectriss. Viro Probatissimo PETRO QUAL-
MANNO Organistæ Mariano despensata , cum fratre .

DANI.

DANIELE artium liberal. Studioso; debito cum luctu
defuncti Patris funus comitantur. In vitâ privatâ talem
se noster Ulricus præstítit, qualem bona Civitas deside-
rat civem frugi. Ante enim, quam in Senatum eligere-
tur, id egit, & ita actiones suas composuit, ut boni civis
munia libenter, studiolè & providè subiret, officia-
que sibi demandata cum laude singulari exornaret.
Postquam autem Anno 1662. publico suffragio ad
Senatoriam electus est dignitatem, nunquam non-
publico consilio adfuit, & Judicis officium, tam in-
Judicio tutelari, quam populari, religiosè, & vel ad in-
vidiam, sustinuit: In communi autem vivendi gene-
re, fuit erga Deum devotus, erga superiores submis-
sus, erga pares modestus, erga pauperes liberalis; ut
nemo non, civem bonum & utilem in casum datum
esse, testetur publicè. Ceterum quod ab initio di-
ctum est, corpus ejus, quod externâ specie validum
videbatur, & omni vitio liberum, tantis per aliquot
retro annos affligi cœpit morbis, ut subinde Medicorum
solers cura vix animam in corpore, seu hospi-
tio male parato, retineret. Ante annum autem, &
quod excurrit, cœpit pertinacia morbi omnem vim
suā asperius explicare, & in Senatoris hujus vitam acer-
bius grassari, quod ipsum Vir Experientissimus Dn.
PAULUS JOACHIMUS STOCKMANNUS Medicinae
Doctor celeberrimus, & Amicus noster honorati-
ssimus curatiori enarratione recenset. Macarites
noster per integrum anni spatiū à morborum insultu
bānd quaquam immunis fuit, sed et si lecto adhærescere
non semper coactus sit, attamen calculus, astma, perpetua
tussis & tabes (quorum morborum Comitia indixit sine
dubio GENERALISSIMUS ille scorbutus, cum pallidâ mili-
tum

tum suorum cohortes) tanto eum impetu cum attriverunt &
enervarunt, ut, cum d. XXI. Octob. circa tempus matutinum,
accersitus, ex pulsu longè periculoso & formicante,
qui exhaustis viribus cerium mortis indicium portenderet,
Eum agonizantem & morti proximam pronuntianim,
uti etiam post abitum meum Beatus jam noster elapsis a-
libuot horis inter Astantium preces pie placideque expi-
avit. Hoc est, Cives Honorissimi, Viri hujus Sena-
torij vitæ curriculum, quod ultra annum sexagesi-
num quintum, adeoq; ultra annum, quem curiosi
naturæ humanæ scrutatores difficillimum climactera
statuunt, non sine singulari DEI gratiâ, produxit.
Postquam autem sensit, nimis robusto & inveterato
jam malo medentium auxilia inferiora, morbi que
perniciem vinci humanâ sope non posse, actumque
de præsidio ab hominibus petendis, omnem fiduci-
am vitæ atque salutis in eum rejecit, cui uni nunquam
senectus, atra nec mors imminet. Adeoque non fra-
cto nec demisso animo, sed æquâ mente quiescens,
spem omnem in Salvatore humanæ Gentis reposi-
tam amplexus est, & relictâ omni ceterum rerum
humanarum curâ atque sollicitudine se totum DEO
eiusque voluntati permisit. Advoeato itaque verbi
divini Ministro Pl. Rev. & Clarissimo Viro DNO. M.
LUDOVICO BARCLAJO Archidiacono Mariano
fidelissimo, & Amico nostro honorando, seriam pec-
catorum, in omni vitâ commissorum, poenitentiam
egit, & ad ultimam animæ medelam scil. Salvatoris
Sacro sanctam Synaxin unicè anhelavit. Illo itaque
viatrico, ad æternam salutem, instructus, faciente
paulatim lingua, placide, circa horam primam
die

die XXI. Octobr. obdormivit, postquam LXV. annos,
octo menses, tres septimanas & tres dies, in misera
hac ærumnarum valle transegit. Quoniam itaque ho-
dierno die, circa horam primam, in templo Mariano,
Viro huic Senatorio justa & novissima sunt solven-
da, & corpus exanime humandum, Nostrum erit,
CIVES ACADEMICI, Viduæ & Liberis marito &
patre orbatis, nec non honorandæ Affinitati, nostram
commisserationem publice testari, & funerum so-
lennia frequenti præsentia condecorare. Quod ut
sedulò faciatis, Vos pariter omnes iterum
iterumque amicè com-
pello.

Dabam Rost. sub Sig. Rect. 27. Oct.

Anno 1675.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn751426970/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751426970/phys_0016)

DFG

tum suorum cohortes) tanto eum impetu eu-
enervarunt, at, cum d. XXI. Octob. circa
num, accersitus, ex pulsu longè periculosisissim
qui exhaustis viribus certum mortis indi-
bat, Eum agonizantem & morti proximum
uti etiam post abitum meum Beatus jam
libuot horis inter Alstantium preces pie p-
muit. Hoc est, Cives Honoratissimi, Vi-
tiorii vitæ curriculum, quod ultra an-
num quintum, adeoq; ultra annum
naturæ humanae scrutatores difficilim
statuunt, non sine singulari DEI gra-
Postquam autem sensit, nimis robusto
jam malo medentium auxilia inferio
perniciem vinci humanâ hope non po-
de præsidis ab hominibus petendis,
am vitæ atque salutis in eum rejecit, cui
senectus, atra nec mors imminet. Adeo
cto nec demisso animo, sed æquâ me-
spem omnem in Salvatore humanæ
tam amplexus est, & relictâ omni ce-
humanarum curâ atque sollicitudine
eiusque voluntati permisit. Advoeau-
divini Ministro Pl. Rev. & Clarissimo V.
LUDOVICO BARCLAJO Archidiac-
fidelissimo, & Amico nostro honoran-
catorum, in omni vitâ commissorum,
egit, & ad ultimam animæ medelam
Sacro sanctam Synaxin unicè anhelavit.
viatico, ad æternam salutem, instruc-
paulatim lingua, placide, circa ho-



the scale towards document

D92

Image Engineering Scan Reference Chart TIE63 Serial No.